UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Mortalivm Animis Aeviternis Sacrvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59636

Visual Library

MORTALIVM ANIMIS AEVI-
ÆTERNIS SACRVM.

ANNOS ÆTERNOS IN MEN-
TE HABVI. *Pſal* 76.

O

ÆTERNITAS,

QVAM RARO VERSARIS IN
MENTIBVS HOMINVM!

Iterum Dico,

QVAM RARO VERSARIS IN
MENTIBVS NOSTRIS!

ÆTERNITAS.

O ÆTERNITAS! HEV
ÆTERNITAS!

QVID DICAM, AVT QVOMODO
DICAM? QVIS EXPRIMAT?
QVIS CONCIPIAT?

QVID SIT

ÆTERNITAS,

COGITO MILLE ANNOS,
COGITO MILLIES
MILLE ANNOS,

Cogito tot annorum millia, quot ſunt Momenta in Toto Tempore à condito mundo, vſque ad eius conſummationem.

ET DE ÆTERNITATE ADHVC
NIHIL HABEO;

O AETERNITAS!
HEV ÆTERNITAS!

QVIS POTERIT PAR ESSE ÆTERNITATI IN TORMENTIS?

Volo dicere, & neſcio dicere:

QVAMDIV DEVS ERIT DEVS, TAMDIV DVRABVNT TORMENTA.

QVAMDIV

HOC ERIT?
ÆTERNITAS! ÆTERNITAS!
ÆTERNITAS!

NON

NON EST EFFARI, NON EST
CONCIPERE: NON EST
INVENIRE ISTVD

QVAMDIV

AETERNITAS! HEV
ÆTERNITAS!

ÆTERNITAS. *ex Ad. Sasboldo Hom. Dom. 40.*

O

DEVS, HIC VRE,
HIC SECA,

MODO IN AETERNVM
PARCAS. *ex D. Aug. in Medit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN